1185

Stanislaum olim Alberti Bolesta patruum suum Nobilissa: t Sia Gorski super arram per Nobilem Paulum Bolesta fratrē ipsius patruelem ipsi recognitam ex qua ipse de iure pro: pior est reuocando propinquitatem iterum atque iterum de nullitate eiusmodi inscriptionis protestatus est.

Bolescianka Reformatio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Branscen: personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Procopij Poletylo de Poletyly sibi sanus mente et corpore existens pa: lam ac libere recognouit. Quia Nobili Cristinae filiae Nobilis Stanislai Bolesta consorti suae legitimae Ratione vera dotis post eam acceptae et in bona sua importatae in medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium ha: bitorum et in post Fauentibus Diuinis suffragijs habendorum Summam Centum Triginta florenorum polon dotalij addi: talicij autem Viginti florenorum polon more aliorum dotali: ciorum in hoc Regno obseruari solitorum inscribit reformat assecurat. Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

Poletylo Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Branscen: perso: naliter comparens Nobilis Cristina Bolescianka consors No: bilis Stanislai Poletylo cum eiusdem mariti sui personali as: sistentia sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia sibi Nobilis Stanislaus Bolesta pater suus pro omni et in: tegra dote ac parapharnalibus recognitam de bonis Bolesty pater: nis et maternis ex Summa Reformatoria olim Nobili Annae Wyszkowska matri suae prouenientem plenarie satisfecit ideo ipsum quietat bonisque omnibus paternis et maternis ab: renunciat Hac sua personali recognitione in praemis: sis mediante.